Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26373
Copyright: Admont, Benediktinerstift



28

sanctus quisq; predicator iuxta mensuram illuminate
intelligentie mentes audientium epulis ueritatis pascit.
In die suo paulus conuiuium fecerat cum dicebat. Beatio
res erunt si sic permanserint sedim meum consilium. De die
suo unumquemq; ammonebat cogitare cum diceret.
unusquisq; in suo sensu abundet. Sequitur. Et mitten
tes uocabant tres sorores suas. ut comederent et bibe
rent cum eis. Sorores filii ad conuiuium uocant. quia in
firmis auditoribus sci apli refectionis superne gaudia p
dicant. eorumq; mentes quia a ueritatis pabulo ieiunas
aspiciunt. diuini eloquii epulis pascunt. Bene autem dr.
ut comederent et biberent cum eis. Scriptura enim sacra
aliquando nobis cibus est. aliquando potus. Cibus est
in locis obscuioribus. quia quasi exponendo frangitur. et
mandendo glutitur. Potus u est in locis apiioribus. qui
ita sorbetur sicut inuenitur. Cibum uidit ppha scpturam
sacram qui exponendo frangeretur cum diceret. Paruuli
petierunt panem. et non erat qui frangeret eis. idem
infirmi quiq; scpture sacre ualentiores sententias
petierunt exponendo comminui. sed qui exponere
debeat non ualet inuenire. Potum uidit scpturam sa
cram ppha cum diceret. Omnis sitientes uenite ad aquas.